

34. De *viris illustribus* libri II. (a)
 35. De *administratione provinciae* liber I. (b)
 36. *Carmina juvenilia* ad quinque millia, sub praeceptoribus, quae omnia aetate provectior abolevit. (c)
 37. De *Calabro tumultu*, extemporale carmen ad Ludovicum Sfortiam (d)
 38. *Rerum Venetarum panegyricum carmen*, libri III. quorum duo primi tantum prodire. (e)

(a) *Cavacio*
lib. II.

(b) *Ibidem.*

(c) *Forefo.*
lib. II.

(d) *Ibid.*

(e) *Ibid.*

(f) *Forefo*
& *Cantaly-*
cio. lib. II.

(g) *Forefo.*
Ibid.

39. *Rerum Venetarum* decadis III. liber III. V. VI. & VII. (f)
 40. De *officio caussidici*, lib. I. (g)
 41. *Orationes*, in quibus extemporalis oratio in Benedicti Prunuli, Linia-
 censis, funere. Item alia in funere Guidi-Mariae Rubei, Venetarum
 copiarum imperatoris clarissimi, cujus meminit Bembus *historiarum* lib.
 I. Editurum vero se orationes XX. pollicetur (h).

(h) *Danieli*
Raynerio.

lib. X.

(i) *Canta-*
lycio. lib. II.

(k) *Ibid.*

(l) *Ibid.*

(m) *Palla-*
dio. lib. VI.

(n) *Aemi-*
liano. lib. X.

42. De *consolatione* liber I. (i)
 43. *Epigrammata* (K) quorum aliquot sparsim edita.
 44. *Elegiae*. (l)
 45. *Apologia* & *recriminatio* adversus Hermolaum Barbarum (m).
 46. *Ptolemaeus* emendatus (n).

47. Librum etiam de *Corneliae gentis* inter Venetos nobilissimae *viris illu-*
stribus, *Sabellicum* conscripsisse, videtur innuere Hieronymus Avantius,
Veronensis, oratione, qua Marco Cornelio, S. Mariae in porticu Cardinali, *Veron-*
nae episcopatum ineunti, gratulatur, pag. 3. illis verbis: *Quorum* (Corne-
liae gentis virorum) *virtutes* & *praeconia* sublime eloquentissimi M. An. Sa-
bellici ingenium & dexteram identidem fatigarunt. Prodiit Avancii oratio *Ve-*
netiis per Joannem Tacuinum *Corneliae* domus *mancipiolum*. Exprimitur tan-
 tummodo tempus quo habita illa est. Acta quarto novembris M. CCCCC. III.

Juvabit longissimam hanc narrationem, *Sabellici* testamento claudere,
 quod diu conquisitum, factum tandem est ut reperiretur inter acta Lu-
 dovici Talenti, Veneti notarii: inde enim non pauca, ad illustrandam
 tanti scriptoris vitam, possunt desumi.